Oratio non esse Pacem ineundam cum Suecis XXXXI.

Ad invictissimum nostrum Imperatorem Leopoldum.

Quamquam ingentis Maiestatis tuae radijs Imperator Invictissime perstringatur animus meus et dicturo non parum afferat sollicitudinis nihilo tamen secius gloriae tuae consulturus ferocientem illam et barbaram te Iudice, insolentiam Suecorum accusabo, qui nuper pacem postulatum ad te venerunt, sed potius proximo vi et vires tuas consilia[que] explorarent, vel exprobrarent vel etiam suas non tam offerent, quam minas suarum virium obycerent. in quo non importuni solum, sed et ridiculi et astuti et inepti mihi videbantur. victos se quidem sequi sed frigide admodum fatebantur, metuere non adeo a te captabant pacem suppliciter tamen rogabant, fatebantur porro germaniam se saepe graviter turbasse, magnâ clade affecisse, plura damna intulisse